



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Hora IX. Monita pro administratione Sacramentorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

HORA IX.

Monita pro administratione
Sacramentorum.

Monita pro Baptismi administratione.

I. Si, Sacerdos, peccati gravioris sis
consistere, vel conterere antequam ba-
ptizet, neve novum grave delictum com-
mittas.

II. Tardè, distinctè & affectuosè omnia
singula pronuntia.

III. Ceremonias omnes in Rituali pra-
scriptas exactè observa.

IV. Patris officii sui partes inculca.

V. Aquam baptismalem vertici infan-
tibus infunde & in librum parochia-
rum, Baptizati, Parentum & Parrinorum
nomen referre non negliges.

II. Monita pro collatione Con-
firmationis ab Episcopis.

I. Hoc Sacramentum, juxta praxim
ecclesie, non conferendum pueris ante u-
surationis.

Adul-

II. Adultiores, si peccato graviores infecti sint, prius conscientiam expient.

III. Suscepturi hoc Sacramentum, prius de ejusdem valore & effectibus instruantur.

IV. Adstet Patrinus, antè jam confirmatus.

V. Non negligatur, aut vilipendatur hoc Sacramentum tam efficax, tantiq; estimatum etiam in primitiva Ecclesia.

*III. Pro distributione S. Eucharistia.
Oratio ante distributionem.*

PRæveni, quæsumus, Domine Deus nos-
ter & gratiâ tuâ efficace omnes dispo-
ne per me cœlesti Epulo hodie reficien-
dos; ut non Judæ instar, ore sacrilego, ju-
dicium sibi manducant; sed corde mun-
do sanctissimum Filii tui corpus suscipi-
ant, & omnes hujus Sacramenti fructus
copiosè percipiant. Per eundem D. N. J.
Christum. Amen.

*Inter distribuendum sacram Commu-
nionem pia suspiria elice: & quidem*

*I. Tempore Adventûs, roga Christum
incarnatum, ut communicantes, quos vel-*

Frater visitet, gratiâ, sanctitate, & læ-
titiâ spirituali repleat, quemadmodum B.

& S. Joannem Baptistam.

II. Tempore Nativitatis ora, ut Chri-
stus natus in communicantium cordibus
ascendat, eosq; velut Magister doceat, ac
met ad suam similitudinem, donis cœ-
lestibus & divitiis spiritualibus eos dices,
veluti sanctos tres Reges & Pastores.

III. Tempore Quadragesimæ precare
Christum patientem, ut corporis & san-
guinis sui alexipharmaco, velut Medicus
omnipotens, omnes communicantiû morbos
spirituales cures: ut Magdalena & Zachæi.

IV. Tempore Paschali. pete ut Christus
redivivus velut Sol infinita activitatis
communicantium tenebras dispellat, &
viam perfectionis ac salutis demonstret,
veluti Apostolis.

V. Tempore Pentecostes roga Christum
cujus lampades, lampades ignis atq; flam-
marum, ut omnes communicantes à sca-
ntia peccatorum purgatos inflammet, ve-
luti primos Christianos. Aut velut car-
bo ignitus omnium linguas tangat, & om-
nia lingue vitia consumat, veluti Isaiæ.

Oratio

Oratio post distributionem.

Corpus Domini nostri Iesu Christi cu-
stodiat animas vestras, ut non rever-
tantur ad volutabrum luti, ad servitium
Diaboli, ad pericula inferni; sed in om-
ni sanctitate & iustitia eas perficiat & per-
ducat *in vitam eternam*. Amen.

IV. Monita de auditione
Confessionum.

Ante Confessiones.

I. Cogita, *Sacerdos*, quod sis *Judex*,
Medicus, *Magister*, *Pastor*, *Pater*, *Fanitor*
caeli, *Minister Christi*, *instrumentum*
Dei in animabus purgandis, *illuminan-*
dis & *perficiendis*. Hinc antequam exbo-
mologeterium intres excita affectus pro-
funde *humilitatis*, *diffidentia* tui, *fidu-*
cia in Deum & *Christi merita*, *zeli ho-*
noris Dei & *salutis animarum*, *gratiamq;*
divinam enixè flagita.

Oratio I.

OMnipotens sempiternae Deus, gratiã
tuã efficace mihi assiste & protegeme,
ut absque omni propriae salutis, puritatis
& tranquillitatis amittendae periculo im-
positum

positum Judicis munus perfectè exequar:
ne mea negligentia aut culpa sanguinis
Christi efficaciam impediatur, aut bonitatis
divinæ influxum in Pœnitentes avertat.
Per eundem Christum Dominum nostrum.
Amen.

Oratio II.

Dignare, Domine Jesu, hanc animam
sanguine tuo redemptam per Sacra-
mentum pœnitentiæ sic purgare, illumi-
nare & perficere, ut tibi perfectè place-
at. Amen.

*I. Excita antè contritionem, ut red-
daris instrumentum aptius, ad alios in
sanguine Agni dealbandos.*

*III. Renova subinde vivam memoriã
presentis supremi Judicis; in cujus conspe-
ctu Judicis subordinati officio fungeris: &
conjunctum ministerium perfectè explere
confidera.*

Sub ipsa Confessione Pœnitentis.

*I. Pœnitentem quem vis intueri, velut
Dei imaginem, aternæ gloriæ capacem,
Christi Sanguine purpuratam; ac proinde
magis aestima, benignè excipe, Deo recon-
siliare & ad meliora promovere stude.*

II. Be-

II. *Benedicens attentè precare, ut ritè confiteatur, fructusque dignos pœnitentiæ faciat; milleſque Deum ampliùs amet & glorificet, quã ante oderit aut inhonorãvit.*

III. *In promptu habe motiva Contritionis, quæ opportunè proponas: 1. Peccatum lethale est infinita quadam injuria contra infinitam Majestatem Dei: 2. Est summa ingratitude contra summum Benefactorè. 3. Est gravissima contumelia pretioso Sanguini Christi pro te effuso illata. 4. Est jactura æternæ felicitatis, animæ, cœli, Dei. 5. Est turpissima macula & fœditas animæ, quæ diabolo similem reddet; horroremque causat in hora mortis. 6. Hæc culpâ peccator meretur ut in ipso flagranti crimine, cum fulmine & tonitru, instar Luciferi precipitetur in infernum. 7. Reum facit peccatorem carceris infernalis, caliginis terribilis, sitis & famis incredibilis, ignis inextinguibilis, vermis conscientia immortalis, fœtoris intolerabilis, desperationis ineffabilis; & denique totius æternitatis infelicitis & interminabilis.*

IV. *Elice contritionem, præsertim cum pueris & rudibus, quærendo, utrum non*

dolent

doleant ex intimo corde, quod Deum tam bonum, infinite amabilem offenderint, qui nos creavit, redemit, in sanguine suo lavavit, conservavit, & gloriâ aternâ coronare paratus est. An non seriò velint omnia & singula peccata emendare & millies mortem oppetere potiùs, quàm Deum deo offendere.

V. Sub absolutione magno affectu charitatis, zeli, fiducia, commiserationis, à Deo veniam, misericordiam, gratiam pete: & ut defectus pœnitentium per merita Christi, B. V. & SS. suppleantur. Abeunti benè precare: vade in pace & amplius noli peccare.

VI. Brevem interrogandi methodum promptu habe; uti & exempla contra regulas peccatorum species, loca scripturæ, vita sanctorum, remedia salutaria peccatorum, quæ opportunè pœnitenti proponas.

VII. Erga feminas pœnitentes, paternitas potiùs & spiritualem gravitatem præfer, quàm familiaritatem: de rebus ad confessionem non spectantibus, non loquere. Rebruius confitentes breviter expedi, ocul-

T

los

los custodi, mutuum aspectum fuge, ut
liberius confiteantur.

VIII. Ob stupiditatem vel importu-
nitatem pœnitentium, nullum radii aut
impatientie signum ostende, & gestibus
manuum abstine.

IX. Tentatis, maximâ quâ potes cha-
ritate opem fer; scrupulosos instrue, in
proximâ peccandi occasione constitutis
prudencia monita & media præscribe. Re-
stitutionem, si fieri potest urge. Verecun-
das, præsertim sequioris sexûs, personas
magnâ dexteritate adjuva, inchoando à
levioribus, cogitationibus, verbis &c.

X. In pœnitentiis injungendis noli esse
vel nimis laxus vel nimis rigidus, ne aut
peccata gravia vilipendant, aut à Sacra-
mentis absterreantur. Sequi licet Caje-
tani consilium V. Satisfactio: pœnitenti-
benè preparato & robusti animi, satisfac-
tio, quam meretur imponenda est: debi-
liter autem dispositus danda est satisfactio
parvula, juxta debilitatem animi sui, ut
parvitas ignis fundetur appositâ paleâ, ne
suffocetur appositis lignis magnis desuper.
Arripere etiam quandoque licebit docu-
mentis

penitentium Gersonis p. 2. ope. in regul. moral.
 melius est cum parva pœnitentia, que
 sponte suscipitur, & verisimiliter adim-
 netur, ducere confessos ad purgatorium;
 quam cum magna non implenda, præci-
 piere in infernum.

Post Confessiones auditas.

1. Examine, & de admissis defecti-
 bus tuis dole. 2. Pro collata pœnitentibus
 gratia, gratias age & nova gratie auxilia
 postce per merita Christi, B. V. SS.
 Angelorum Custodum. 3. Humilitatem
 terce memor sententia S. Augustini: non
 peccatum quod fecerit homo, quod non
 crederet alter homo, nisi preservaretur ab
 eo, a quo factus est homo. 4. Conare om-
 nium auditorum oblivisci. 5. Secretum
 maxime serva, nec in genere quidem
 auditis in confessione loquere nisi sum-
 mæ cum circumspectione.

De Administratione extremæ
 Unctionis.

1. Rogari subinde potest infirmus, num
 quod gravet adhuc conscientiam, &
 quo non ausit subire vultum iudicis.

T 2

viám-

viamq³ inire aternitatis. v. g. in materia
justitie, inimicitie, Confessionis integra.

II. Excitandus infirmus ad fiduciam
magnam, resignationem omnimodam, de-
siderium patrie caelestis, Charitatom Dei.

III. Tradat & relinquat ei Crucifixum,
ut cum eo, sepositis aliis se occupet.

IV. Conetur adesse morienti, si possit, &
ferventer oret moribundoq³ assistat contra
demonem calcaneo insidiantem. Serviet
ad hoc commendatio Anima, aliaq³ preces
ex Libellis precum.

V. In morbo periculoso, vel quando in-
firmus non putatur supervicturus, sufficit
inungi unam partem. Pueris etiam, post
septennium, juxta Layman, danda extre-
ma Unctio.

Oratio post Inunctionem,

Commendo tibi, amantissime Jesta-
hunc infirmum jam inunctum, in san-
ctissima tua quinque Vulnera, ut eum in
protectionem tuam suscipias, ab hostium
insidiis defendas, & omnia tam corpori
quam animæ profutura concedas.

VI. De Collatione Sacrorum
Ordinum ab Episcopo.

I. *Inquirendum in vitam anteaactam Ordinandorum, ne ad summam hanc dignitatem evehantur indigni, qui scandala postmodum populo praebeant: unde monet apostolus: Manus citò nemini imposueris Tim. 5. Quid est citò manus imponere, nisi ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinae Sacerdotalem honorem non probatis tribuere? inquit S. Leo* 87.

II. *Interstitia servanda, nisi obstat necessitas, ut Ordines majores singulos prius aliquamdiu exerceant, & paulatim ad Sacerdotii dignitatem se praeparent, juxta Concilii Tridentini praescriptum, & Ecclesiae antiquae consuetudinem.*

III. *Ceremonias exactè prius addiscant, rationes memoriae mandent: Custodienda & ceremonias, quae ego mando Deut. 7. Defectus enim initio adhaerentes, in habitum pravam transeunt, & in vitam saepe non deponuntur teste experientia.*

IV. *Octiduanis S. Ignatii exercitiis animum vel ad Sacerdotium, vel ad primitias ritè comparent, atq; in iis 1. Exhologesi totius vita animum expient, ne mundiores accedant ad tremenda mysteria. 2. Horrorem ingentem peccatorum, Sacerdotem praesertim dedecentium, concipiant. 3. Desiderium virtutum & spiritum Christi imbibant. 4. Ordinem diei sibi praescribant, ne more secularium multorum inordinate viventium, plurimum pretiosissimi temporis dilapident. 5. Denique juxta lumina, affectus, & decreta in exercitiis illis adè efficacibus ad morum mutationem, facta; relictà vità vulgari & profanà, vitam spiritualem, sanctam, Angelicam & eminentià sacerdotali dignam aspiciant.*

V. *Inculcandum Neomystis, ut templa, Altaria, Calices ceteraq; paramenta semper munda seruent: quanta enim indecoria est, templa Altissimi sordibus obsolescere, altaria pulvere obseri, ornamenta abjecta & arrosa, corporalia & purificatoria ita maculosa & immunda adhiberi, ut nauseam moveant intuenti? Haecine Majestatem*

statem Christi infinitam, summiq; Mo-
 archæ supellectilem decent?

VII. De assistentia Parochi in
 Matrimonii aditu.

Admone Sponfos, ut paulò ante consci-
 entia labes expient, ne forte cum
 vice peccati hoc Sacramentum suscipien-
 tes, propriâ ejusdem gratiâ se spolient.

II. Excita eos ad puram intentionem:
 ut conjugem accipiant in timore Domini,
 amore filiorum & auxilii mutui ad eter-
 nam salutem magis, quàm libidine ducti;
 super illos, ut in maritos Sara potestatem
 obtineat demonium.

III. Hortare ut amore non naturali,
 carnali vel brutali, sed charitate superna-
 rali, spiritali & Christianâ se comple-
 antur, quemadmodum Christus Ecclesiâ.

IV. Exhortare ad fidem servandam &
 veram matrimonii cum charitate & pati-
 entia mutuâ supportanda, donec mors eos
 paret.

V. Matrimonium Heterodoxi cum Or-
 thodoxo vel contrâ, quantum possibile est,
 suade, ob plurima incommoda, & maxi-
 me ob periculum perversionis in prolibus,

quibus omnino prospiciendum, si aliter fieri
nequeat.

HORA X.

De Studio & Lectione Sacerdotum.

Observa I. Peractis manè divinis offi-
ciis, nisi cura pastoralis ad alia vocet,
horam precedentem cum hac studiis &
disciplinis statui tuo convenientibus im-
pende; ne otio diffluas, & pretiosum tem-
pus inutiliter teras.

Observa II. Si Parochi aut Ecclesie
munere fungeris, concioni proximè ha-
benda vel doctrina Christiana populo clarè
& fructuosè proponenda operam navat:
tende lectioni, exhortationi, doctrina; mo-
net Apostolus 1. Tim. 4. Si pro sacro tri-
bunali Arbitr es constitutus, Theologiam
moralem perolve; ut pœnitentes in viam
salutis dirigere nōris. Si Professoris officio
es admotus, studiis tibi assignatis te dā:
Professorem Discipulus audias, ut probè
discas, traditāque percipias, allabora.

Observa III. Si verò curā parochiālē
liber Canoniatu aut Vicariatu gaudeas;
ne tamen tempus otio, sed utili, piā, amō-
nāq;